

## 56 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

omnipotens Pater, sapientia Filii, & Spiritus sancti amor.

207 Rursus, ad beatitudinem, quæ nunc in celo Angeli perfruuntur per claram Dei visionem, spectant illa nostri Ecclesiastici: *In multitudine electorum habebit laudem; & inter benedictos benedicitur.* Appellat Angelicos spiritus electos, & benedictos. Insignia elogia sunt Sanctorum claræ Dei visione perfruentium. Sic Paulus vocat Angelos in statu beatitudini & gloria. 1. ad Timot. 5. 21. *Tetragon Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis.* Electos Angelos appellat bonos, & sanctos, quos Deus ob eorum humilitatem, obedientiam, religionem, & charitatem elegit. Similiter benedicti nuncupantur ad gloriam praedestinati. Matth. 25. 34. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum.* Et tristis 12. Ex ipsius benedictis, & exaltavit. Tigurina; alios beaveri, & exerxit. Hinc benedictio solet accipi pro æternæ gloria bonis. Ecclesiast. 3. 10. *Ut superveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo maneat.* De æternæ vita benedictione explicavit hanc benedictionem Dionysius, Hugo, & Lyranus, &c. 11. 24. *Benedictio Dei in mercedem justi festinat, & in hora veloci processus illius fructificat.* De benedictione æterna locum interpretatur Rabanus. Regi vertit: *Et in hora veloce germinat benedictio.* Benedictio enim gratiae spiritualis germinat æternæ gloriae benedictionem, velocissime nimis. Quod in Angelis locum praesertim habet; quandoquidem benedictionis gratiae, quibus abundè in via repleti sunt, cunctissime fructus beatitudinis, & gloriae ediderunt; ab breve enim tempus viatores fuere; cum tria solummodo instantia, seu morulas temporis distinguant Theologi; in quarum prima creati sunt naturæ, & gratiae donis conspicui; in secunda actus meritorios edidere, per quos gloriam promeruerunt, tanquam coronam iustitiae; in tertia demum æternæ beatitudine sunt donati. En quomodo benedictio Dei in mercedem Angelorum festinavit, & æternam germinavit benedictionem, à qua inter benedictos benedicti dicuntur.

*Angeli ele-  
cti, & benedicti, obbe-  
titudinem,  
qua per-  
fruuntur.  
1. Tim. 5.  
21.*

*Matt. 25.  
34.  
Eccle. 33.  
12.  
Eccle. 3.10.*

*Eccle. 11.  
24.*

*Apoc. 12.  
Bellum An-  
gelicum  
spirituale  
fuit, &  
quorum  
spectavit.*

sunt collapsi. Michaël autem, ejusque sectatores, æternæ felicitatis coronis donati, ut strenuissimi bellatores, qui brevi tempore depugnantes pro Dei, ac Christi gloria, multa atque præclara gessere. Sic per nobilissima media ad finem longè præstantissimum pervenerunt: meritum enim virtutem merentis commendat. Et quidem eò præstantius bonorum Angelorum præmium est, quo gloriior fuit eorum triumphus: post quem æternis replentur benedictionibus. In eos quippe ex illo in exhaudi luminis fonte limpidissimi sive derivantur rivi, idque pro cuiusque naturæ dignitate, ordinisque gradu. Imprimis adeo eis tanta pulchritudinis forma, ut sint & ipsi secunda lumina, possintque ipsius primæ lucis rivos deinceps per se, velut quosdam canales, in inferiores naturas derivare. Verba Nazianzeni sunt de Theologia lib. 2.

### §. III.

Solicita Angelorum ministeria.

209 **A** illa; in Ecclesiis Altissimi aperiet os suum; & in conspectu virtutis illius gloriabitur. Certè Ecclesiæ, seu Ecclesiam, ut Græcè est, & virtutem, seu exercitum Dei appellat ipsas Angelorum Hierarchias, ut in expositione Litteræ statuimus, & probant Palatius, & alii. Et licet Ecclesia soleat usurpari pro cœtu fidelium sub principe Filio Dei Incarnato militantium; dicendum tamè est cum S. Thoma 3. p. q. 8. a. 4. Ecclesiam Catholicae confitare ex hominibus, & Angelis, in quos Christus Dominus pro sua dignitas infinite, merita, & gratias, ut caput in corpore mysticum, ut fons in rivos, ut radix in truncum & ramos didicunt, atque diffundunt. Manifestum est autem (ait Doctor Angelicus) S. Thom. quod ad unum finem, qui est gloria divina fruitionis, ordinantur homines, & Angelis. Unde corpus Ecclesia mysticum, non solum consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis. Totius autem hujus multitudinis Christus est caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius; & de ejus influentia non solum homines recipiunt, sed etiam Angelis. Hinc Arboreus in sua Theosophia probat, Ecclesiam Christi incepisse ab Angelis. Et quidem mirum non est, ut Angeli hominibus adficiuntur ad unam Ecclesiam constituantur, quandoquidem de Christo non solum ut homo est, sed ut Deus extat, affirmet S. Chrysostom. 3. in Ser. de expulsione sua: Ecclesiam vincere nulla vis potest: Deus est Ecclesia.

Sed enimvero, cur ex hominibus, & Angelis Ecclesia Christiana constet, eâ, quoad præsens attinet, contentus ratione sum, quam expendit S. Anastas. Sinaita lib. 11. in Hexameron. Quid ergo, Ecclesia estnè etiam mater Angelorum? Nequaque, sed quoniam vir minibus & Angelis Ecclesia Christiana constet. Cur ex ho- minibus & Angelis Ecclesia Christiana constet.

Ad Hebreos 1. 14. Omnes Angeli sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, 1. 14. qui

*Ecclesiæ  
scala facio-  
bea.*

*S. Cyri.*

qui hereditatem capiunt salutis. Quid in scala Jacobea adumbratum reor Genef. 28. Eā enim Ecclesiam universalem significari, communior interpretatio est. Ex Angelis ascendentibus, & descendenteribus componitur: ascendentibus Angelii homines sunt, descendentes vero mentes illæ supernæ tanquam administratiori Spiritus singulis Ecclesia gradibus invigilantes. Ut enim Cyri. Alex. lib. 1. Glaphirorum, in hac scala ostendi putat, quod multitudine Angelorum undequaque profiliens facile liberatura sit eos; qui Deo subdit parent. Angelorum copiosa manus erat Deo afflantum, & ministrantium, eundem intuentum, ex eoque contuisti summam, æternamque felicitatem haurientium; & propter eum curam Ecclesiæ suscipientem: Dominus enim erat innexus scalæ; seu ex Chaldaei translatione, gloria Domini erat super illam. Et cum cælestes sint Hierarchiæ, Ecclesiasticae componunt, & curant tanquam præcipuum munimentum.

*Ministeria  
Angelorum  
Deo, & Ec-  
clesia adfia-  
tum ex-  
pendantur.*

*Abbas Cel-  
lensis*

210 Ministeria Angelorum Deo, & Ecclesiæ adstantium, & ministrantium, ingeniosè satatis expendit, & illustrat Petrus Abbas Cellensis in Expositione mystica Moyaci Tabernaculi lib. 1. fusè, sed non moleste. *Destinatis singulis Angelorum ordines in celo explet officia;* utique & in Ecclesia: nec usurpat præsumptione temeraria quisquam attrectare quod non accepit in officiis sui assignatione. Suni ergo isti vase in honorem magnæ domus, & utilitatem, de quibus sequitur; & omnium vasorum in cultum ejus. Quasi mystice alio vase libat Deus incircumscripsit, spiritus, alio comedat, alio sedeat, alio manus ablutat, alio pedes, alio incensum accipiat, alio lucernam accendat, alio Manna reponat, alio thesauros includat, alio quolibet alia congrua divinitati officia exhibeat. Repressa carnali intelligentia, & mente supra omniūphantasmatum imaginatione, constituta. in intellige actiones consuetudinarias non consuetudinarie. Cherubim & Seraphim Charitate inflammati, quasi ori divino cibum & potum deferunt, cum omnimodo, aliis spiritibus vicinis ordine & amicitia dignitate, assunt. Throni, in veritate stantes, sellionem placidam & placitam prebent. Principatus & Potestates, quasi aquam & manutergium suggestur, cum nos defendendo ab hostibus, gratiam securitatis, & audaciam repugandi conferunt. Dominationes pedes abluunt, cum nostra peccata suis postulationibus imminuant, & dominationem super peccatis acquirunt. Virtutes incensum boni odoris accidunt, cum de Sanctorum virtutibus gratias incomprehensibili Majestati reserunt. Archangeli lucernā accidunt, cum mysteria profundæ secretorum celstium revelando exponunt. Angelii, Manna reponunt; cum à nobis divina consilia abscondunt, & thesauros includunt, cum à malignis spiritibus nostra bona opera defendunt, & inconfectu Agni deferunt. Fulcherius quidem hactenus Cellensis bipartito considerans Angelorum numera erga Deum, & Ecclesiam.

*Angeli di-  
virtus, seu  
exercitus  
Dei,*

211 Deinde virtutem Dei appellat Siracides cælestes spiritus. Vox Græca exercitum significat, uti etiam vox Hebræa, ut conflat ex Ps. 23. 10. & Ps. 32. 6. & Ps. 46. 10. & Ps. 67. 13. & Ps. 102. 21. Vide Del Rio t. 1. Adag. in 1. Sanè nihil frequentius in sacris litteris, quam Angelos vocitari exercitum Dei; quia videlicet Deo militant eum glorificando; & Ecclesiæ ei ministrando; & excubias agendo

## Pars I. ad V. 1. 2. 3. & 4. 57

tanquam fortissimi milites, & cælestes copiæ. Incredibili enim fortitudine justos tuerunt, ut patet ex Genef. 21. 17. & 4. reg. 6. 17. Job 6. 4. Ps. 33. 8. Dan. 3. 49. Zachar. 9. 8. & saepè alibi. Et impios persequeuntur; ut claret ex Genef. 19. 13. & 4. Reg. 19. 35. Ps. 34. 5. & 6. Dan. 13. 55. & 2. Machab. 3. 23. Acto. 12. 23. & passim alias in locis. Expendo tamen unum vel alterum locum singularem.

212 Primus fit ex Ps. 67. ubi Regius Vates *Locus Da-*  
*vidis expen-*  
*ditur pro ex-*  
*ercitu Ange-*  
*lorum nos*  
*muniente.*

11. *Animalia tua habitabunt in ea: parasti in Ps. 67. 11.*

*Eugub.*  
*Agelli.*  
*P. Alcaz.*

11. *Animalia tua habitabunt in ea: parasti in Ps. 67. 11.*

*Genef. 32:*  
1.

1. *Fuerunt ei obviæ Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt haec. Et appella-  
vit nomen loci illius Mahanarum, id est, cas-  
tra. Et quadrigæ illæ bellatrixes serva Elisei  
ostensæ, & pro Dei populo pugnantes 4.*

*Ps. 33. 8:*  
1. *Immittit Angelus Domini (se ipsum, vel auxilium, & præsidium suum) in circuitu timen-  
tium eum, & eripet eos. LXX. & Hebraicè:  
Castra metabitur, castra ponet: ut eos mu-  
nat, acie cingat.*

213 Subiungit David eo Ps. 67. 11. *Pa-*  
*raſti in dulcedine tua pauperi Deus.* Id est,  
hæc animalia, hos Angelorum cœtus, acies,  
exercitus, de quibus nuper, tu Pater provi-  
dentissimus, & amantisimus pauperi afflito,  
& vexato præparaſti, in dulcedine tua, dul-  
cissima, & amabilissima providentia tua. Nam  
quid.

## 58 In Cap. XXIV. Ecclesiastici

quid ita dulce, & amabile, quam quod Deus provideat non solum singulis custodes Angelos (qui ideo dicuntur, & sunt Angeli eorum Matt. 18.) sed copiosos præterea horum Spirituum exercitus ad populi, & Ecclesia suæ tutelam? Aperte pro parasti, veritatem Campanis, suppetias feres pro benignitate tua pauperi Deus. Hebraicè pro parasti, est takin, fixisti, firmasti; animalia scilicet illa, acies, stationes, exercitus Angelorum: pro dulcedine est *xenocrita*, id est, bonum, manuertudinem: Hebraicè *toba*; id est, beneficio, clementia; ac si dicat, firmasti eos in bonitate, in mansuetudine, & clementia tua pauperi, seu pro paupere, ad custodiæ, ad tutamentum, ad beneficium pauperis, vexati, afflitti. Sic de securitate, & quiete dulcissima hominibus provisum. Hic illud Isaï 19. 20. *Mittet eis angelus, servator, seu Redemptor vocatus.* Nazarius, *Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos.* In primis, legendum hunc esse Ecclesiam, tum Israeliticam, nemo ambigat. Unde pro lectulo Hebrei vertunt, *templum, tabernaculum, ubi Deus quieticit.* Rursus sexagenarius numerus indefinitus est, & accipi solet pro innumerabilis. Liranus ex Hebreis explicat; sexagesies decem millia, quæ faciunt sexcentia millia pugnatorum. Pro fortes Hebraicè est giborim, id est, Gigantes, viri incredibili labore potentes, excelsa virtute, bellifici. Fit allusio ad fortissimos custodiæ milites Regem Salomonem stipantes, qui planè gigantes erant, præfigabantque alios longè fortiores, Christianæ Ecclesiæ satellites, nempe Angelos, adeò labore præstantes, ut ex illis unus centum octoginta quinque millia hostium uno impetu trucidaverit 4. Reg. 19. 35. Iliusmodi gigantes ad bella doctissimi dicuntur. Hispani veteres vertunt *aberezados de pelear*: experti, veterani, ac dexterimi milites. Uniuscujusque ensis super femur suum. Hebraicè, vir seu viri ensis ejus super femur ejus. Binos gestasse singuli videntur gladios; alterum in manu distictum, alterum ad femur per dentem, ut placet nonnullus; vel ensem in manu, & pugionem ad femur; Exercito de soldados armados, aguisa de pelear. Etenim hos armatos milites, celestes esse, & angelicos Spiritus ad nostram custodiæ, & Ecclesiæ munimentum destinatos, didici primò ex Aponio ad illud Canticum: *Sexaginta vero Angelorum ministeria demonstrantur: ex fortissimis Israël, quod ostendit ministeria ista de illo exercitu esse, qui semper faciem Patrii vident in celis.* Didici secundò ex S. Germano Patriarcha Conflant. Orat. 2. in adorat. Crucis, ubi existimat, sexaginta fortes lectuli Salomonici stipatores, esse ipsissi-

mos Isaiae Seraphinos c. 6. Sexagenorum ministerio in memoriam mihi revocat excellentissimum illum Seraphinorum convenum: nam in quilibet horum elucescit ea, que in universo inest rapini vi-perficio, que etiam tacite, & velut flexu quo-gilantes, & dam per denarium numerum insinuat; perfe- custodiæ stationes clus enim est iste numerus. Seraphini illi ex suis.

S. Hieronymi interpretatione, innumeri erant: unde LXX. legunt *Seraphim stabant in circuitu throni.* Dicuntur *flare*, tanquam milites vigilantes & custodiæ stationes suas, juxta illud Habac. 1. 1. *Supra custodiæ meam stabo.* Inde eorum acclamatio: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercitum.* Splendidè hæc demonstrant Angelorum ministeria. Reftè S. Laur. Justin. fasciculo amoris c. 17. S. Justin.

*Quis non ineffabili quodam exuberet gaudio, cum revolvit mente Sanctorum adjutorium Angelorum, qui sine fatigione, atque intervallo excubias celebrant super plebem Dei, catusque fidelium?* Et quidem usque adeò studiōse militant humanæ latuli, ut Deo gratulentur quidquid boni hominibus præstat. Hoc Angelos consilio amicæ convenisse, ac Deo frequentes adeste, probat Origenes ad illud Job 1. 6. *Cum venissent filii Dei, & assisterent coram Domino.* Sic ille lib. 1. *Angeli misericordias ejus confituntur. & gratias agunt pro beneficiis, quæ ille incessanter imperit filiis hominum.*

### SECTIO X.

*De Angelorum cultu, & famulatu erga Christum, & Deiparam.*

214 Expendo etiam illud Cant. 3. 7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. In primis, legendum hunc esse Ecclesiam, tum Israeliticam, nemo ambigat. Unde pro lectulo Hebrei vertunt, *templum, tabernaculum, ubi Deus quieticit.* Rursus sexagenarius numerus indefinitus est, & accipi solet pro innumerabilis. Liranus ex Hebreis explicat; sexagesies decem millia, quæ faciunt sexcentia millia pugnatorum. Pro fortes Hebraicè est giborim, id est, Gigantes, viri incredibili labore potentes, excelsa virtute, bellifici. Fit allusio ad fortissimos custodiæ milites Regem Salomonem stipantes, qui planè gigantes erant, præfigabantque alios longè fortiores, Christianæ Ecclesiæ satellites, nempe Angelos, adeò labore præstantes, ut ex illis unus centum octoginta quinque millia hostium uno impetu trucidaverit 4. Reg. 19. 35. Iliusmodi gigantes ad bella doctissimi dicuntur. Hispani veteres vertunt *aberezados de pelear*: experti, veterani, ac dexterimi milites. Uniuscujusque ensis super femur suum. Hebraicè, vir seu viri ensis ejus super femur ejus. Binos gestasse singuli videntur gladios; alterum in manu distictum, alterum ad femur per dentem, ut placet nonnullus; vel ensem in manu, & pugionem ad femur; Exercito de soldados armados, aguisa de pelear. Etenim hos armatos milites, celestes esse, & angelicos Spiritus ad nostram custodiæ, & Ecclesiæ munimentum destinatos, didici primò ex Aponio ad illud Canticum: *Sexaginta vero Angelorum ministeria demonstrantur: ex fortissimis Israël, quod ostendit ministeria ista de illo exercitu esse, qui semper faciem Patrii vident in celis.* Didici secundò ex S. Germano Patriarcha Conflant. Orat. 2. in adorat. Crucis, ubi existimat, sexaginta fortes lectuli Salomonici stipatores, esse ipsissi-

mos Isaiae Seraphinos c. 6. Sexagenorum ministerio in memoriam mihi revocat excellentissimum illum Seraphinorum convenum: nam in quilibet horum elucescit ea, que in universo inest rapini vi-perficio, que etiam tacite, & velut flexu quo-gilantes, & dam per denarium numerum insinuat; perfe- custodiæ stationes clus enim est iste numerus. Seraphini illi ex suis.

### Pars I. ad V. I. 2. 3. & 4.

59

natura compositum omnibus Angelis, & hominibus tanquam caput, & dominum præponere, suumque hoc consilium Angelis aperuit et initio creationis ipsorum, ab eisque venerationem erga ipsum exegisset, boni Angelii Christum adorantes, per ipsum gratiam, & gloriam sunt consecuti. Lucifer autem considerans excellentiam suæ naturæ, sibi potius hanc unionem, & dignitatem appeti, & naturæ humanae invidit, & Christum noluit ut caput agnoscere, neque adorare. Si ergo Angelii in via, Christi fidem habuere, atque adeò Verbum ex muliere concipiendum credidere; conseqvens est, Deiparam etiam tunc tanquam Dei Genitricem colendam, & adorandam Angelis fuisse propositam, & à bonis cultam, & adoratam. Pia hæc existimatio ipsius Suarez est, & S. Thomæ 1. p. q. 66. a. 1. ad 4. Joannis Viguerii in suis institut. Theologicis c. 3. §. 2. v. 15. Jacobi de Valentia in Ps. 81. & Catherini in Genesim. c. 3. in opere de gloria bonorum Angelorum, & in opere de eximia suum debitum obsequium & famulatum Virgini Matri exhibuerint: en fructus tanti obsequii, & adorationis.

218 Rursus, nihil Angelis potius & antiquius, quam ab ipso sæculorum ingressu, & per decursum ipsorum, Christo, ac Deiparam intimum cultum, & famulatum deferre. Creavit Deus lucem magnam divino iussu coruscantem, vel ex diaphano aquarum corpore, aut ex empyreo cœlo, quasi expressam, & profusa: produxit hanc lucem die primo, in quartu sole ex ea condideret cum reliquis aliis. Hanc utique lucis, & solis productionem magno cultu, & obsequio Angelii prosecuti sunt, ut dicitur Job 38. 7. *Cum me laudarent astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei.* Quorsum hec Angelorum laudatio, & jubilatio? Aperit S. Vincentius Ferrer. Serm. 2. de Nativ. Virginis: *Dixitque Deus: Fiat lux, &c. Ecce Conceptio Virginis MARIAE.* Lux dicitur illa benedicta generatio, quia sine tenebra culpa facta est. Et post pauca: *Statim Angeli in cœlo fecerunt festum Conceptionis.* Adeò ex S. Anafal. Sinaita lib. 4. in Hexamer. S. Sinaita: premente illa Jobi verba: *Cum vidissent solem in terra recurrentem, in mysterio dídicerunt, quæ extremitas temporibus futura erat, Christi Incarnationem, & è terra assumptionem.* Et ideo cum vidissent eum ex S. Virgine exortum, statim exclamaverunt dicentes: *Gloria in excelsis Deo.* È quidem spectabant Angelorum laudes, jubilations, ut debito cultu, & obsequio, Deiparae conceptionem, & Christi Incarnationem ex immaculata Virgine Matre concelebrarent.

219 Imò eodem sanè spectasse crediderim frequens Angelorum ministerium circa mundi, ac præterea populi Hebraeorum providentiam, ex quo Christus & Deipara nascituri erant. Commitebatur dæmon perdere Israeliticam rem publicam, tor in eam concitatis immanissimis hostium persecutionibus; è contraria coelestes Spiritus dæmones coërcabant, & populumque cingebant tutelâ, & satellitio suo, spectabat. Ne deleretur quoadūque ex femine Abrahæ nascerentur Christus, & Maria, quibus per tota secula famulabantur uti coelestes excubiae, & custodiæ. Quò referas illa Can. 3. 7. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israël: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos.

Ubi

S. Cyril.

S. Cyril.

Can. 6. 3.

7.

Apoc. 12.

1.

Signum pro vexillo.

2.

Apoc. 12.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.